BIBLIA LATINA, BD. 1
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 180v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dominus obededom et omnia eius
propter archam domini. Dixit
que dauid. Ibo et reducam archam dei
cum benedictione in domum meam.
abiit ergo dauid. et adduxit archam
dei de domo obededom gethei in ciui
tatem dauid cum gaudio. Et erant
cum dauid. vii. chori. et victima ui
tuli. Cumque transcendissent qui por
tabant archam dei sex passus immo
labant bouem et ouem et arietem
et dauid percutiebat in organis ari
migatis. et saltabat totis uiribus
suis ante dominum. porro dauid
accinctus erat ephot lineo et dauid
et omnis domus israel deducebant
archam testamenti domini in iu
bilo. et in clangore bucine. Cumque
intrasset archa dei in ciuitatem
dauid. michol filia saul prospiciens
per fenestram uidit regem subsili
entem atque saltantem coram domino
et despexit eum in corde suo. et in
troduxerunt archam domini et
posuerunt eam in loco suo. in me
dio tabernaculi quod tetenderat
ei dauid. et optulit dauid holochau
sta coram domino et pacifica. Cum
que complesset ea offerens holocha
usta et pacifica benedixit populo in no
mine domini exercituum et partitus
est uniuerse multitudini israel tam
uiro quam mulieri singulis colli
ridam panis unam. et assaturam
carnis bubalem. similamque fixam
oleo. Et abiit omnis populus unus
quisque in domum suam. Reuersus
que est dauid ut benediceret domui
sue. Et egressa est michol filia sa
ul. in occursum dauid et ait. Quam

gloriosus fuit hodie rex israel dis
cooperiens se ante ancillas seruorum
suorum et nudatus est quasi nu
daretur de scurris. Dixit que dauid
ad michol. viuit dominus quia lu
dam ante dominum qui elegit me
potius quam patrem tuum et quam
omnem domum eius. et precepit
michi ut essem dux super populum domini
israel. et ludam et uilior fiam plusquam
factus sum. et ero humilis in oculis meis
et cum ancillis de quibus locuta es
gloriosior apparebo. Igitur michol
filie saul non est natus filius usque
ad diem mortis sue. VII

Factum est autem cum sedisset
rex in domo sua. et dominus
dedisset ei requiem undique
ab uniuersis inimicis suis. Dixit ad
nathan prophetam. Vides ne quod ego
habitem in domo cedrina et archa dei po
sita est in medio pellium. Dixit que
nathan ad regem. omne quod est
in corde tuo uade et fac quia domi
nus tecum est. Factum est autem in
nocte illa. et ecce sermo domini ad
nathan dicens. Vade et loquere ad
seruum meum dauid. hec dicit dominus
Numquid tu edificabis mihi domum
ad habitandum. neque enim habitaui in
domo a die qua eduxi filios israel de
terra egypti. neque in diem hanc. sed am
bulaui in tabernaculo et in tentorio
per cuncta loca ad que transiui cum
omnibus filiis israel. numquid loquens
locutus sum ad unam de tribubus
israel. cui precepi ut pasceret populum
meum dicens. Quare non edificasti
michi domum cedrinam. et nunc
hec dices seruo meo dauid. Hec dicit

dominus exercituum